

iubente in alias partes terrae cum domibus suis demigrare praecepit. Chus itaque, filius Cham, cum domo sua et fratribus suis et Gomer, filius Iaphet, cum filiis¹ et fratribus suis pervenerunt in campum Sennaar et habitaverunt ibi. Arphaxad autem, filius Sem, genuit Sale, Sale autem genuit Eber, de quo Ebraei sunt dicti, et cum fratribus et familiis suis Chaldaeam ac Mesopotamiam possident. Chus ergo, filius Cham, genuit Nemrodh, qui² altitudine et fortitudine et sapientia omnes fratres et consanguineos suos praecedebat descenditque in Indiam ad Ionitum, filium Noe, et didicit ab eo omnem disciplinam coelestium, astronomiam videlicet et geometriam, musicam et arithmetica. Hic primum regnavit in terra Sennaar fuitque illius Babyloniae gygantomachiae auctor³ et fundator suadens hominibus a Deo recedere ac propriae virtuti confidere. Cumque per divisionem linguarum Deus fabricae illius machinam intercoepisset, Nemroth solus cum stirpe ac sequacibus suis terram Sennaar obtinuit aedificataque Babylone primus omnium regnavit in ea. Hic genuit duos filios: Assur, qui regnum (f. 418^b) Assyriorum instituit aedificavitque civitatem, quam Calannam⁴ appellavit, a qua Chaldaei primo sunt vocati, alter vero filius Ninus vocabatur. Hic construxit civitatem, quam Niniven appellavit, regnavitque in ea. Is itaque duxit uxorem Semiramem de stirpe Iaphet genuitque ex ea duos filios Ninsam et Trebetam⁵. Sed Trebeta⁶ omnes homines illius temporis sapientia et fortitudine ac pulchritudine praecellebat habuitque compositum nomen ex graeco et haebraeico: trea enim in graeco tres vel tria, beth vero in haebraico domus dicitur, a tribus videlicet civitatibus parentum suorum Babylonia, Calanna et Ninive.

1) 'fratribus et fratribus suis' Hs. 2) 'qui' fehlt Hs. 3) 'author' Hs.
 4) 'Calunnam' Hs. 5) Ohne auf die Frage nach der Entstehung der hier vorliegenden Sage ausführlicher einzugehen, die mich auf Untersuchungen führen würde, zu denen mir jetzt die Musse fehlt, will ich doch darauf hinweisen, dass eine wesentliche Differenz zwischen unserer Ueberlieferung und derjenigen der Gesta Trevirorum cap. 1, SS. VIII, 130 besteht. Nach den letzteren war Trebeta nicht der Sohn, sondern der Stiefsohn des Ninus, seine Mutter eine chaldaeische Königin, die Ninus vor Semiramis zur Frau gehabt hatte. Ebenso fasst das Verhältnis die ausführlichere Gründungssage der Hss. B und C auf, SS. VIII, 145. Beide lassen im Folgenden Trebeta von seiner Stiefmutter vertrieben werden und erzählen nicht, dass Semiramis ihm nach Europa gefolgt sei. Ähnliches berichten auch die meisten anderen Quellen, die der Sage Erwähnung thun (vgl. z. B. Marianus Scotus ed. Herold S. 74; Sigibert Gembl. zu 413, SS. VI, 306; Otto Frising. Chron. I, 8, SS. XX, 135; Chron. Ursperg. [Zusatz zum Ekkehard], SS. VI, 36 N. * u. a. m.), so auch Gotfried von Viterbo im Pantheon, SS. XXII, 138. Dagegen ist der Bericht des unbekannten Commentators zum Speculum reg. des Gotfried, SS. XXII, 34, dem unsrigen verwandt, wenn auch in manchen Einzelheiten abweichend. 6) 'Trebetam' Hs.